

quidem ἐν τῶν ποδῶν πόνον, ποδάγρα, ισχιάδα ἢ ισχίων, χειρῶν ἢ
χειράγρα, *pedum dolorem*, podagram; ischiada, *coxarum*; *μα-*
μουτα verò chiragram appellat *Aretæus c. l.*

Nos omissis reliquis speciebus, tantùm podagram, quate-
nùs in pedum articulis sævitiam exercet, examinabimus & deli-
neabimus.

PODAGRA origine Græca vox est, derivaturque δὲ τῶν
τὴν ποδῶν ἀγρῶν, à capiendis pedibus.

Sumitur dupliciter: 1. propriè, & tunc nihil aliud est, quàm
ἢ τῶν ποδῶν ἀγρῶν, *pedum captura, pedicula, tendicula*, Germanis ein
Sprinckel oder Sprencfel/ quàm animalia, e. g. aves &c. capiuntur
pedibus. 2. μεταφορικῶς denotat *morbum vel adfectum pedum*,
quòd pedes hominum capiat, & ita obambulationem ipsis de-
neget. Unde *Lucianus in tragopodagrâ* sic loquentem introducit
podagram:

Ὅρα ἢ τοῖς πολλοῖς βροτῶν
ποδάγρα καλεῖται, γινόμενη ποδῶν ἀγρῶν
à plerisque autem hominum
podagra vocor, existens *pedum captura*.

Antiquitati appellata fuit ὁ τῆς ποδάγρας ψέλλισμος, *com-*
pedes podagrae. Ψέλλιον est in ἰπποκομικῇ torques ferreus in fre-
no, quò mentum equi substringitur, maximum ad retinendum
effusiùs currentem equum momentum. Ita & dolor hic pedicæ
instar redardat pedem in deambulationem pronum. In his ex-
planandis solertiam suam exercet *Reinesius ὁ πένυ, lection. variar.*
lib. 2. pag. 289. &c.

Aliquibus GUTTA, quia guttatim in articulos instillari
credebantur humores pro doloribus excitandis, appellata fuit.
Paracelsus de Ferro lib. 1. cap. 2. Ferrum juncturarum appellat. *Bar-*
bari, barbaras scribentes practicas, nominarunt *artheticam*, re-
ferente *Amato Lusitano centur. 4. curat. 45. pag. 253.* *Plinius lib. 22.*
natur. histor. cap. 24. *articularium* vocitat morbum. Germanis
audit das Zipperlein/ das Podagra/das reißen in den Füßen. Gues-
phalis das soet ovel. Podagricos appellitare solent die Ziepriener.
Quibusdam vocatur die Herren Kranckheit/ & jocosè quidem,
quia hi ut plurimum cœnas dubias exercentes, crebras vini in-
gurgi-